

M A G Y A R

TÖRTÉNELMI TÁR

A TÖRTÉNETI KÚTFÖK ISMERETÉNEK

ELŐMOZDÍTÁSÁRA

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTMÁNYA.

NEGYEDIK KÖTET.

PESTEN,

EGGENBERGER FERDINÁND AKADEMIAI, ÜGY GEIBEL, HARTLEBEN,
KILIÁN EGYETEMI, LAMPEL, LAUFFER ÉS STOLP, PFEIFER PESTI, HAAS BÉCSI
KÖNYVÁRUSOKNÁL.

MDCCCLVII.



MAGYAR
TÖRTÉNELMI TÁR

A TÖRTÉNELMI TÁR ÉRTEKESÍTÉSÉNEK

ALAPÍTÁSÁRA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI KÖZÖSSÉGE

M. N. MUZEUM
Levéltári Osztálya
Cs. Sándor Imre
gyűjteménye
1934. év 40. szám.

A M. TUDOM. AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTMÁNYA

1857-ben.

B. EÖTVÖS JÓZSEF bizottn. elnök

ÉRDY JÁNOS

PODHRADCZKY JÓZSEF

SZALAY LÁSZLÓ.

TOLDY FERENC bizottn. előadó és szerk.

WENZEL GUSZTÁV.

TARTALOM.

	Lap
I. Liptói regestrum 1391-ből. Érdy Jánostól	3
II. Sáropataki magyar krónika 1523—1615. Toldy Ferentől	43
III. Budai regesták az Anjouk korában. Wenzel Gusztávtól	91
IV. Oklevelek Bethlen Gábor 1619—20-ki hadjáratai történetéhez. Szilágyi Sándortól	185
V. Római magyar regesták. Nagy Ivántól.	227

I.

LIPTÓI REGESTRUM

MCCCXCI-BŐL

—
KÖZLI

ÉRDY JÁNOS.

A jelen történeti emlék egy, a következő kettős hitelesítéssel ellátott, másolat után közöltetik :

„Copiam praesentem cum suo coram producto genuino, ac indubitato in pargamena libelli instar oblonge convoluto, alias tempore Judicatus Curiae Regiae Comitum olim Emerici Bubeck, anno videlicet, prout in contextu pag. 30-a diserte exprimitur, millesimo tercentesimo nonagesimo primo conscripto, ejusdemque Comitum Judicis Curiae Regiae sigillo authentico in Zona sericea rubra pendentem corroborato originali registro per nos infrascriptos collatam, in dictionibus pagina 2-a *fierent*, pag. 29-a *protestationalibus*, pag. 34-a *filiis* correctam : pag. vo 40-a post vocem : particulae intralinealit. addita voce *Terrae*, demum pag. 48-a post : de Vidafelde ob illegibilem Documenti statum spatiolo ducta expleto, taliterque eidem de positione ad positionem in omnibus punctis, clausulis et articulis conformem esse in fidem subscripti testamur, atque recognoscimus. Signat. Budae die vigesima quinta mensis martii anno Dni millesimo octingentesimo decimo sexto (L. S.) Sigismundus Marculin mp. ad Ex. Cameram R. H. Aulicam RCaalis archivi Regestrans (L. S.) Ioannes Laczkóczy mp. Ejusdem Regio-Cameralis archivi Indicans.

Infrascripti praesentis copiae authenticum sub pendentem Judicis Curiae Regiae sigillo emanatum originale, prouti et ejusdem per praeinserta Regio-cameralis archivi Individua authentice copiatum transumptum coram nobis reproductum existere, Copiamque praesentem cum mentionato transumpto collationatam eidem, adeoque originali (suo) vetusto, et ideo lectu difficiliore in omnibus conformem esse in fidem subscripti recognoscimus. Sig. Trenchinii, Die 4-a may 1816. Nicolaus

Lukácsy ICottus Trenchin. S. VComes mp. (L. S.) Josephus Ordódy ejusdem ICottus Trenchin. Judlium mp. (L. S.) Florianus Kubicza ejusdem ICottus Tren. Jurassor mp. (L. S.)

REGISTRUM DE LIPTO.

Nos comes *Emericus Bubek* Judex curie Serenissimi Principis Domini Sigismundi Dei Gracia Regis Hungarie Dalmatie Croacie etc. Marchionisque Brandenburgensis etc. ac inter ceteros honores comes Liptoviensis notum facimus universis presens scriptum inspecturis : quod cum celsitudo ipsius Domini nostri Regis pululata multiplicatione maleficorum ac pravorum, et iniquorum actuum *Joannis* Litterati maledicte memorie pridem pro suis subsequenter factis malitiosis juxta suum demeritum per nostrum vice-comitem et iudices nobilium in presentia nobilium, et alterius Status hominum dicti comitatus Liptoviensis suplicio ignis incendii condempnati, in cujus videlicet domo et scrinio nuper multa falsa sigilla, litere nequiciose, et regista inventa fuerant ac reperte, prefatoque Domino nostro Regi, ac prelatis et Baronibus suis ad Budam exstiterant apportata et exhibite, per ipsosque Dominum nostrum Regem, Prelatos et Barones suos stupenda ammiratione revisa, et perlegi facte, sub eorundem Sigillis inclusa nostris manibus ad conservandum, et ad dictum Comitatum deferendum, et sub scripto nostro coram universitate nobilium exponendum et promulgandum erant tradita et assignate Prelatorum et Baronum suorum maturo consilio prehabito, pro exterminatione hujusmodi errorum et periculi, quod juribus ejusdem Domini nostri Regis ac memoratorum nobilium dicti comitatus Liptoviensis et aliorum Regni possessionatorum hominum ex premissis evenisset, et posset evenire in futurum; nos ad congregacionem generalem Universitati Nobilium predicti comitatus Liptoviensis celebrandam sua Regia autoritate suffultam destinasset committendo, et precipiendo firmissimo Regio sub Edicto memoratis nobilibus dicti comitatus ut iidem unanimiter ad ipsam congregacionem nostram celebrandam confluere, Jura-

tosque assessores more solito preficere, et universos nocivos homines extradare, ac in omnibus signanter superius latius explicatis iudicio et iudicatu nostro parere ac reverenter obedire, ac universa eorum literalia instrumenta super iuribus eorum possessionariis, ac libertatibus quoquo modo actenus emanata pro tollenda premissa ambiguitate per nos sagaciter revidenda, in sigillis et scripturis sumptu examinanda protinus et indilate nobis afferre et apportare, recepturi, quod iuris ordo exigit et requirit; justos tamen non offendere, et pravos non defendere deberent, vel tenerentur; volensque ex literis suis mediantibus nobis firmiter precipiens idem Dnus noster Rex ut possessiones illorum, qui fortassis ex ipsis nobilibus sua literalia instrumenta nobis afferre, et exhibere recusarent, aut rei et culpabiles palam in his reperti fierent, confestim pro sua teneremur maiestate occupare, et perhempniter easdem tribuere, et conferre suis! Regiis fidelibus, quibus mallems, plena Regie auctoritatis potestate nobis in hac parte attributa; nosque ex ipso speciali, et literatorio Regio Edicto *feria quarta proxima post Festum natiuitatis Beate virginis* in villa *Bodogazonfalva* vocata universitati predictorum nobilium dicti comitatus Liptoviensis congregationem celebrassemus generalem, et in ipsa congregatione nostra generali inter omnia alia regalia mandata prescripta universa literalia Instrumenta prescriptorum nobilium dicti comitatus coram nobis singillatim per eosdem afferri et exhiberi petivissemus; Tandem *Emericus filius Johannis de Hlenyk* in sua et fratrum suorum divisionalium personis nostram accedens in presentiam exhibuit nobis quasdam *duas literas* privilegiales, unam Dni Karuli olim Regis Hungarie sub anno Dni millesimo trecentesimo vigesimo tercio secundo Kalendas Decembris, Regni autem sui anno similiter vigesimo tercio, super perpetua donacione ejusdem Terre vacue usui duorum aratrorum sufficientis in Districtu de Liptó existentis a *possessionibus Hodaz et Varalya* excise emanatam, ac legitimam statutionem ejusdem in se continentem, per eundem Dnum Karulum Regem Ladislao filio Harabor facta; et aliam Domini Ludovici pridem similiter Regis Hungarie anno Dni millesimo trecentesimo septvagesimo secundo,

octavo Kalendas Septembris, regni autem sui anno tricesimo primo super confirmatione prescriptarum literarum Dni Karuli Regis privilegialium per eundem Dnum Ludovicum Regem Emerico filio Johannis, filii Ladislai, filii Harabor facta confectam; asserens ad nostram requisitionem nulla plura instrumenta in facto dicte terre se habere, et posse exhibere. Que quidem littere privilegiales in omnibus suis partibus vere, juste, et legitime emanate fore sunt adinvente, nobis presentavit.

2 Super Kouachau : Item magister David, filius Zaz de Zazfalva exhibuit nobis quedam *quinque privilegia*, unum videlicet olim Dni Bele regis Hungarie anno ab incarnatione Dni millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, tercio nonas septembris, regni autem sui anno vigesimo primo super donacione et legitima statucione, ac metarum erectione cujusdam sylve deserte, seu Terre habitatoribus destitute in Provincia Liptoviensi supra villam *Zelniche* adjacentis per eundem Dnum Belam Regem comiti Andree Villico Beszterzebánya factis: et aliud Dni Ladislai sub anno gracie millesimo ducentesimo octuagesimo septimo super confirmatione dicti privilegii Dni Bele Regis confectum : Tertium Dni Andree Regis sub ao Dni millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, easdem duas literas confirmans, Quartum Dni Karoli olim similiter Regis Hungarie super corfirmatione prescriptarum literarum anno Dni millesimo trecentesimo decimo nono exortum; Quintum vero, et ultimum Dni Ludovici pridem felicis Regis Hungarie super Donacione possessionis *Kouachau* vocate in comitatu Liptoviensi existentis ac confirmatione quarundam literarum in eodem conscriptarum pro predicto magistro David in anno Dni millesimo trecentesimo septuagesimo nono; quinto Idus Decembris, Regni autem sui anno tricesimo octavo editum asserens: per nos requisitus, nulla plura instrumenta preter preexhibita se habere et posse exhibere, que quidem quinque privilegia vere, juste, et legitime existunt emanata.

3 Super Damyanfelde : Item Mathe filius Georgii filii Michaelis de Damyanfelde exhibuit nobis duas literas, unam Dni Ladislai Regis privilegialem super collacione et statucione cujusdam particule sylve vacue, *inter fluvios Pa-*

lugya, et Poloschyn adjacentis, quam Michael Comes Zolien-
sis de mandato Dni Stephani Regis Paznano clavigero ejus-
dem statuisset, et metas ejusdem erexisset sub anno Dni mil-
lesimo ducentesimo octvagesimo primo, quarto Kalendas Ja-
nuarii, regni autem sui anno nono emanatam, et aliam Dni
Karuli olim similiter Regis Hungarie in Visegrad feria quarta,
proxima ante festum beati Andree apostoli, anno Dni millesimo
trecentesimo quadragesimo patenter confectam, prescriptas lite-
ras privilegiales Dni Ladislai Regis confirmantem, asserens :
nulla plura instrumenta super eadem possessione Dany-
anfelde habere, et posse exhibere : que vere et juste sunt
adinvente.

Super possessione condicionali *Zabopalfelde* :
Item Stephanus literatus filius Phila de *Zabopalfelde* exhibuit
nobis quasdam quinque literas, unam olim Dni Bele sub anu-
lari ejusdem sigillo pendenti super collacione terre unius
aratri *Jezerna-Luchka* vocate Nicolao filio Galici Bastini statu-
endo eundem nobilem Jobagionem esse, per Dnum Belam Re-
gem facta sub anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo sex-
to, et aliam comitis Michaelis Zoliensis et de Scepus, super statu-
tione dicte possessionis in festo beati Petri apostoli anno in
eodem emanatam : terciam Dni Ladislai Regis de verbo ad ver-
bum in se continentem, et confirmantem pretactas literas Dni
Bele regis privilegiales in anno Dni millesimo ducentesimo sept-
uagesimo octavo, Regni autem sui anno septimo privilegialiter
exortam : quartam vero conventus de Turoch, clausam et ob-
cisam, capiteque sigilli olim comitis Jacobi de Scepus judicis
Curie Regie inpressam super Concambiali permutacione et
statucione cujusdam particule terre *Zabopalfelde* nuncupate,
per Dnum Karulum Regem Paris, Petro, et Benach filiis Ni-
colai ac Johanni filio Deseu filiis ejusdem Nicolai in Concam-
bium dicte terre *Luchka* date, et collate in anno Dni millesi-
mo trecentesimo quadragesimo primo exortam, metasque
ejusdem terre *Zabopalfelde* in se continentem; quintam vero
et ultimam Ladislai prepositi, et conventus de Turoch in festo
divisionis apostolorum anno Dni millesimo trecentesimo oct-
vagesimo septimo privilegialiter editam, transscribentem
pretactas literas clausas ejusdem conventus de Turoch asse-

rens : nulla plura instrumenta super dicta terra *Zabopalfelde* se habere et posse exhibere : que vere et juste emanate esse cernebantur. Item idem exhibuit in quarto folio quasdam literas Capituli Budensis privilegiales super possessione *Parisháza*, quam alio nomine *Zabopalfelde* vocari dixit.

§ Super possessionibus Akalichna, Poruba, Zentestfan, Chemperna et Harankfyaháza vocatis; Item Johannes et Serephil filii Markus de Akalichna exhibuerunt nobis quodam privilegium Dni Ludovici Regis ultimo suo novo sigillo pendenti duplici consignatum anno Dni millesimo trecentesimo septuagesimo nono confectum in quo continebatur : quod licet Johannes filius Petri *tempore quo olim Dnus Karulus Rex Hungarie universa instrumenta omnium nobilium Comitatum de Zolio, de Turoch, et de Lipto, quorum titulo ipsi possessiones in dictis Comitatibus conservare dinoscerentur, cum suis prelati, et Baronibus diligentissime examinasset*, Instrumenta sua, quorum vigoribus Possessiones *Akalichna, Poruba, Zenthstefan, Chemerna, et Harankfyaháza* vocatas in comitatu Liptoviensi existentes conservasset, in presencia dicti Dni Karuli Regis, ac prelatorum, et Baronum exhibere nequivisset, propter quod eedem possessiones in manus regias de jure devolute exstitissent; tamen quia prefatus Johannes filius Petri dicto Domino Ludovico Regi, et Regno suo specialiter tunc in partibus Transmarinis in resumptione Vindicte acerbæ mortis condam Dni Andree Regis cum effusione sui sanguinis, et eruicione unius oculi, ac captivitate nec non cede quam plurimorum clientum suorum, aliisque suis actibus in eisdem specificatis laudabiles actus pro fidelitate sacre regie corone exercuisset, ideo in recompensationem suorum servitorum premissorum Idem Dnus Ludovicus Rex prefatas possessiones Akalichna, Poruba, Zenthstefan et Harankfyaháza vocatas in dicto comitatu Liptoviensi existentes cum omnibus earum utilitatibus eidem Johanni filio Petri, et per eum Marco, Laurentio, et Serephil fratribus suis ac ipsorum heredibus, et successoribus universis dedisset, et donasset perpetuo et irrevocabiliter possidendas; *Registrum quod tempore examinacionis predictorum Instrumentorum in facto dictarum possessionum contra eundem*

Johannem filium Petri in suo Libro regio esset intitulatum, cassasset, et revocasset. Dehinc iidem filii Marcus licet super dictis possessionibus quedam plura literalia instrumenta, Dnorum videlicet Ladislai, Andree et Karuli Regum, nec non quorundam Capitulorum, et Conventuum ac Judicium privilegiales, et patentes diversis annis et terminis diversimode emanatas, et loquentes coram nobis exhibuerint, tamen quia vigorem conservationis predictarum possessionum dictum privilegium ipsius Dni Ludovici Regis in superioribus conscriptum firmiter observare apparebat, ideo series aliorum instrumentorum presentibus inseri obmisimus.

6 Super terra Basefelde, alio nomine Kouachfelde: Item iidem filii Marcus adhuc exhibuerunt nobis quasdam literas patentes dicti Dni Ludovici Regis super donatione et legitima statucione cujusdam terre, seu sessionis Basefelde, alio nomine Kouachfelde vocate, medium aratrum, vel paulo plus in se continentis, per dictum Dnum Ludovicum Regem Marco de Akalichna, et ejus heredibus facta in anno Dni millesimo trecentesimo septuagesimo nono feria tertia proxima post festum corporis Christi Bude emanatas, que quidem prescripta omnia literalia instrumenta ipsorum filiorum Marcus vera, et justa esse videbantur.

7 Super possessione Nagpalugya. Item Dominicus filius Martini, et Valentinus filius Johannis filii Philippi in suis, ac Petri filii ejusdem Johannis personis super possessione eorum Nagpalugya vocata exhibuerunt nobis quedam duo privilegia, unum Dni Karuli in anno Dni Millesimo trecentesimo decimo septimo, tredecimo Kalendas septembris, regni autem sui anno similiter decimo septimo super donatione dicte possessionis Nagpalugya vocate in Districtu Liptoviensi existentis, per dictum Dnum Karulum Regem magistris Othmar, Petro, Philippo, et Martino filiis Marceus facta confectum, et aliud Dni Ludovici Illustrium Regum Hungarie duobus suis pendentibus authenticis et duplicibus sigillis, uno videlicet in partibus uzure deperdito, et alterius novo consignatum super confirmatione prescripti privilegii Dni Karuli Regis in anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, quarto Idus Februar. Regni autem sui anno undeci

mo emanatum, asserentes per nos requisiti. Nulla plura Instrumenta habere preter premissa.

8 Super possessione Vidafelde : Item Dnus Andreas Plebanus de Bobroch filius Jan de Vidafelde in sua, et fratrum suorum personis super eadem possessione ipsorum exhibuit nobis privilegium Dni Bele Regis super dominacione, et legitima statucione, ac metarum ereccione ejusdem possessionis Vidafelde vocate, per ipsum Dnum Belam Regem Gekemino, et Tyuan factis sub anno Gracie millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, regni autem sui anno tricesimo secundo emanatum, asserens ad nostram requisitionem : nulla plura instrumenta habere, quod justum et vero modo emanatum fuisse compertum exstitit.

9 Super possessione condicionali Akalichna : Item Laurencius filius Gregorii, et Ladislaus filius Bartholomei servientes de Akalichna in suis, et aliorum fratrum eorum personis exhibuerunt nobis literas Dni Ludovici Regis in Visegrad in festo Beati Johannis apostoli et Evangeliste anno millesimo trecentesimo sexagesimo quarto patenter emanatas majori sigillo consignatas, in quibus continebatur inter alia, quod idem Dnus Ludovicus Rex ad humillimam supplicationem servientum de Mártonfalva tenorem privilegii Dni Ladislai Regis in suo Registro requiri, et reinveniri faciens, Conspexisset inter alia evidenter in eodem — quod Nicolaus filius Demetrii Comes de Zolio quandam particulam terre Martini filii Zalok, et Mathie filii Zalok filiorum Jobagionum regalium de Akalichna, quam cum populis ville ejusdem mixtim habuissent eisdem Martino et Mathie certis metis a predicta villa Akalichna distingvendo perpetuo possidendam resignasset, ideo ipse Dominus Ludovicus Rex ex hujus modi reinventi tenoris serie certificatus super eadem terra predictas literas suas duxisset concedendas. Dehinc prefati servientes quasdam literas capituli Scepusiensis dicto Dno Ludovico Regi ad suum literatorium preceptum rescriptas metas possessionis eorum juxta fluvium Kalichna pataka vocatum adjacentes in se continentes quarto die nativitatis Beati Johannis Baptiste in anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo septimo emanatas nobis demonstrarunt asserentes : nulla plura In-

strumenta in facto dicte possessionis se habere ad nostram requisitionem. Que quidem litere ambe vere, et juste esse sunt reperte.

10 Super terra condicionali Fiathafalva, alio nomine Cheurma vocata. Item Nicolaus filius Stephani, et Nicolaus filius Gregorii de Fiáthafalva exhibuerunt nobis duo privilegia, unum Dni Ladislai Regis anno Dni millesimo ducentesimo septuagesimo nono confectum, et aliud Conventus de Turoch sub anno Dni millesimo trecentesimo sexto emanatum : in quibus terram Fiathafelde alio nomine Churma vocatam trium aratrorum servientibus Jobagionibus Regalibus pertinentem, metisque in dictis literis Conventus de Thuroch contentis circumdatam fore comperimus evidenter. Que quidem litere vere et juste apparebant.

11 Super possessione Marcellfalva vocata : Item Stephanus et Thomas filii Andree, filii Marcelli de Marcellfalva exhibuerunt nobis quasdam tres literas, unam Dni Ladislai olim Regis Hungarie super donacione cujusdam terre in qua quidem homo Haurau nomine resedisset, juxta fluvium Vagh, et Medekus pataka existentis per eundem Dnum Ladislaun Regem Nicolao et Marcello filiis Ilarii facta sub anno Domini Incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo sexto ; septimo Idus Julii, Regni autem sui anno quarto decimo emanatam, et aliam Dni Andree Regis sabbato proximo ante festum Beati Dominici Confessoris anno Dni millesimo ducentesimo nonagesimo primo super remissione Terre seu possessionis Marcelli filii Ileres eidem per ipsum Dnum Andream Regem facta confectam ; tertiam autem Dni Karuli Regis feria tertia proxima post octavas festi pasce Dni anno ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo exortam, tenores prescriptarum literarum privilegialium dicti Dni Ladislai Regis in se de verbo ad verbum transscribentem et confirmantem, asserentes : nulla plura instrumenta super dicta possessione eorum se habere, que suprascripta vera sunt atque justa.

12 Super Terra condicionali duorum Aratrorum Solmus vocata : Item Stephanus filius Demetrii, filii Damiani filii Fyatha presentavit nobis quasdam literas privilegiales Dni Ladislai Regis anno Dni millesimo ducentesimo octuagesimo

nono, regni autem sui anno decimo octavo super confirmacione quarundam literarum Nicolai Comitis de Zolum pro Damiano filio Fyatha filio Jobagionis de Liptó confectarum, in quibus terram duorum aratrorum de possessione Solmus vocata, per ipsum comitem Nicolaum sub Testimonio Conventus de Turoch prefato Damiano statutam et metas ejusdem erectas fore comperimus manifeste emanatas. Que quidem litere privilegiales vere esse sunt agnite.

13 Super p'ossessione Kispalugya. Item Johannes filius Andree de Kispalugya exhibuit nobis quasdam quinque literas, unam Dni Ladislai olim Regis Hungarie super donacione unius ville, minoris Palugya vocate in Districtu de Liptó existentis, per ipsum Dnum Ladislaum Regem Magistro Andree filio Petri notario Magistri Demetrii Comitis de Zolum perpetuo facta sub anno Dni millesimo ducentesimo octuagesimo sexto Regni autem sui anno quarto decimo emanatam, aliam autem Domini Karuli privilegialem in anno Dni millesimo trecentesimo vigesimo quarto, Regni autem sui anno similiter vigesimo quarto; terciam ejusdem Dni Karuli Regis patentem secundo die Festi beati Nicolai Confessoris anno Dni Millesimo trecentesimo quadragesimo confectas, prescriptas literas dicti Dni Ladislai Regis ambas comprobantes: quartam Conventus de Turoch, Dno Andree Regi rescriptionalem in festo beati Martini Confessoris: Quintam vero et ultimam Capituli Strigoniensis in festo beati Nicolai Confessoris ambas super erectione metarum dicte possessionis Kispalugya vocate, in anno Dni millesimo ducentesimo nonagesimo nono clause emanatas et capite sigilli Dni Ladislai Ducis pridem Palatini impressas: asserens per nos requisitus, exceptis literis super nigra sylva emanatis, plures literas non habere facto super premissis. Que vere sunt adinvente.

14 Super Terra Bodafalva de terra Palugya excisa: Item Emericus filius Jacobi de Bodafalva exhibuit nobis quasdam quinque literas, unam Dni Ladislai Regis privilegialem in anno Dni millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, Regni autem sui anno tredecimo confirmantem et de verbo ad verbum transscriptive in se habentem: quasdam alias literas patentes, ejusdem Dni Ladislai Regis super Do-

nacione et metarum ereccione cujusdam possessionis seu sylve, aut terre arabilis de terra Palugya excepte, per eundem Dnum Ladislaum Regem Boda filio Ladislai facta sub anno Dni millesimo ducentesimo octuagesimo tercio confectas : et aliam Dni Andree Regis super collacione terre minoris Palugya vocate; per eundem Dnum Ladislaum, et Andream Reges predito Boda filio Ladislai facta sub anno Dni millesimo ducentesimo nonagesimo emanatam, terciam Dni Karuli Regis secundo die Festi beati Nicolai Confessoris, anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo exortam, prescriptas Literas Dni Ladislai Regis privilegiales transcribentem, et confirmantem : quartam Dni Nicolai olim Regni Hungarie Palatini super reoptencione terre seu possessionis Palugya vocate, sub anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo octavo privilegialiter emanatas; quintam autem et ultimam Dni Ludovici pridem Regis Hungarie sub duobus pendentibus suis sigillis sub anno gracia millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo similiter privilegialiter exortam, pretactas literas annotati Dni Karuli Regis patentes in se de verbo ad verbum transscriptive et confirmative in se habentem; nulla plura Instrumenta per nos requisitus referens se habere in facto principalis possessionis prenotate. Que quidem litere vere juste et legitime emanate fore apparebant.

15 Super terra Bensefya Andreasfelde. Item Thomas filius Marcus de Rasztoka in sua et fratrum suorum, personis exhibuit nobis duas literas privilegiales, unam videlicet Dni Ludovici pridem Regis Hungarie duobus sigillis suis pendentibus duplicibus vallatas super donacione et legitima statucione, ac metarum ereccione possessionis seu terre Bensefyandreasfelde, alio nomine Bethlenfelde vocate sub anno gracia millesimo trecentesimo sexagesimo, tercio Kalendas Septembris, regni autem sui anno decimo nono emanatam, et aliam Comitis Nicolai de Zeech olim similiter Judicis Curie regie super legitima ereccione metarum dicte possessionis Bethlenfelde, et Bensefelde in anno Dni millesimo trecentesimo septuagesimo Adjudicatoriam emanatam : asserens plura Instrumenta facto in premissis non habere, que juste emanate esse videbantur.

Item idem Thomas super possessione Rasztoka exhibuit nobis quasdam literas Conventus de Thuroch Dno Ludovico Regi ad suum literatorium mandatum rescriptas tenoresque literarum regalium Verbaliter in se habentes feria secunda proxima ante festum nativitatis beate virginis anno Dni millesimo trecentesimo septuagesimo secundo super reambulacione dicte possessionis, et metarum ejusdem erecci-
one ad mandatum dicti Dni Ludovici Regis pro Thoma dicto Tóth filio Marci, ac Marco, et Briccio filiis Beke facta, et habita emanatas veras, justas et legitimas, asserens nulla plura Instrumenta in facto ejusdem se habere.

16 Super Dobrava: Item idem Thomas adhuc exhibuit nobis quasdam tres literas, unam olim Dni Bele regis privilegiam super collacione cujusdam terre inter fluvios Seremnapataka Vocatos adjacentis per eundem Dominum Belam Regem Demetrio filio Pauli facta sub anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto emanatam, et aliam Dni Ludovici Regis super restitutione dicte possessionis Dobraua inter predictos duos fluvios Cheremna vocatos adjacentis, predicto Thome dicto Toth Marco, et Briccio filiis Beke facta in vigilia festi corporis Christi anno ejusdem millesimo trecentesimo septuagesimo secundo; Terciam vero conventus de Thuroch sub anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto emanatas transscribentes preattactas litteras domini Ludovici Regis patentes veras et justas asserens: nullas alias se habere.

17 Super possessione Libele. Item Nicolaus filius Philippus de Libele exhibuit nobis tres literas privilegiales; unam capituli Ecclesie strigoniensis super donacione possessionis Libele vocate, in concambium alterius possessionis Likva vocate per Dnum Karulum Regem Saad filio Myloth, Philpus Martino, et Georgio filiis ejusdem Anda, et Jako filiis Petri, Georgio et Mathe filiis ejusdem Anda, Lackk Nicolao et Petro filiis ipsius Jako, Nicolao et Anda filiis Patauch facta sub anno Gracie millesimo trecentesimo quadragesimo primo emanatam, et aliam Capituli Scepusiensis sub anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo octavo confectam preattactas Literas Capituli Scepusiensis transscribentem: Terciam ve-

ro Dni Ludovici pridem Regis Hungarie duobus sigillis ejus pendentibus duplicibus sub anno graciae millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto exortam, similiter perscriptas literas Capituli Strigoniensis verbaliter in se transcribentem, et confirmantem veras justas et legitimas, asserens plures non habere.

18 Super possessione Párisháza alio nomine Zabopalfelde condicionali. Alia instrumenta super eadem alias sunt scripta. Item Stephanus Literatus de Párisháza exhibuit nobis quoddam privilegium Capituli Ecclesie Budensis super donacione et vendicione dicte possessionis Parishaza vocate, quarto die Festi Epiphaniarum Dni anno ejusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quinto confectum, alphabetoque intercisum juste et efficaciter emanatum.

19 Super terra inter Fluvios Zarazprezek et Zelnicze existente, nunc Prozek nuncupata: Item Nicolaus filius Martini de Prozek exhibuit nobis quasdam tres literas, unam Dni Ladislai super collacione et concambiali donacione cujusdam terre, et sylve inter Zarazprozek, et Zelnicze existentis sub anno Dni millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, octavo Kalendas Aprilis, regni autem sui anno sedecimo privilegialiter emanatam, metas etiam ejusdem terre et sylve in se continentem: et aliam Dni Andree Regis anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto similiter privilegialiter confectam: terciam vero Dni Karuli Regis Hungarie die dnico proximo post festum conversionis Beati Pauli apostoli anno dnicae Incarnacionis millesimo trecentesimo quadragesimo primo exortam, ambas confirmantes, et transcribentes pretactas literas privilegiales dicti Ladislai Regis, asserens nullas plures se habere, que juste et vero modo emanate sunt invente.

20 Super possessione Magyerfalu. Item Alexander filius Andree de Magyerfalu exhibuit nobis quatuor literas, unam olim Dni Bele Regis Hungarie super collacione possessionis, seu ville Magyarfalu vocate anno Gracie millesimo ducentesimo tricesimo nono tercio Kalendas octobris, Regni autem sui anno quarto privilegialiter emanatam; aliam Dni Karuli Regis in festo beati Nicolai confessoris anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo patenter confectam, pre-

scriptas literas Dni Bele regis confirmantem; terciam Dni Ludovici pridem piissimi Regis Hgrie secundo die festi beati Jacobi apostoli anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio super remissione seu restitutione dicte possessionis Magyerfalu vocate prius per Comites Liptovienses occupate, Symoni, Marco, Paulo et Stephano filiis Benedicti, Johanni, et Bodon filiis Thome, Alexandro, filio Andree, Andree filio Laurentii, Andree filio Pauli, et Michaeli dicto Veres per ipsum Dnum Ludovicum Regem facta : ac quartam et ultimam Capituli Ecclesie de Scepus super legitima statuione et metarum ereccione cujusdam possessionis Magyerfalu vocate, anno Dni millesimo trecentesimo octuagesimo privilegialiter editam, legitimas et efficaces : asserens nullas plures se habere.

21 Super Kananuka : Item Stephanus filius Petri de Kananuka exhibuit nobis quasdam quatuor literas; unam videlicet conventus de Turoch super legitima statuione et Reambulacione metarum dicte possessionis Kananuka, secundo die festi Beati Nicolai confessoris anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo primo aliam Dni Ludovici Regis in Festo sancte Trinitatis anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto emanatam, transcribentem pretactas literas conventus de Turoch : terciam ejusdem Conventus de Turoch feria tertia proxima ante festum beati Vincentii Martyris patentem, quartam autem similiter ejusdem Conventus privilegialem ambas super quadam ordinativa compositione et metali sequestracione predicte possessionis Kananuka sub anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, rite et legitime emanatas, asserens : nulla plura se habere.

22 Super Olazy Condicionali. Item Petrus literatus filius Johannis de Olazy exhibuit nobis quasdam duas literas, unam olim Dni Bele regis super donacione terre quatuor aratorum site in Lipto per eundem Dnum Belam Regem magistro Johanni Galico sub ea libertate : ut idem Johannes et sui successores tempore exercitus regii generalis remaneret, sicut miles in castro Liptó in custodiam ipsius facta anno Dnicæ Incarnacionis millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, regni autem sui anno vigesimo septimo emanatam, et aliam Dni Ladislai Regis anno Dni millesimo ducentesimo

septuagesimo octavo emanatam, transcribentem, et confirmantem, de verbo ad verbum pretactas literas Dni Bele Regis justas et veras.

23 Super terra unius aratri Libele. Item idem exhibuit nobis quoddam privilegium Dni Ladislai Regis super donacione et legitima statucione cujusdam terre unius aratri de villa Libele excise per ipsum Dnum Ladislaum Regem magistro Johanni Gallico facta anno ab Incarnacione Dni millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, Regni autem sui anno septimo. Item idem exhibuit nobis tres literas; unam M. Comitis de Zolum, et de Scepus super assignacione cujusdam prati in Lipto inter villas Topla et Latniam existentis, per ipsum M. Comitem de precepto Dni Bele regis Magistro Johanni Gallico facta sub anno graciae millesimo ducentesimo sexagesimo quarto emanatam, aliam Dni Ladislai Regis super confirmacione ejusdem prati eidem magistro Johanni Gallico facta anno Dni millesimo ducentesimo septuagesimo octavo patenter confectam. Terciam vero magistri Danch super dimincacione duelli, ac adjudicacione predicti prati per ipsum magistrum Danch Gregorio filio Johannis lata; in anno Dni millesimo trecentesimo decimo quarto facta emanatam, que omnes predictae litere per dictum Petrum literatum modo, quo supra producte, vere et legitime emanate existunt. Asserens in premissis plures non habere.

24 Super possessione Bakonya, alio nomine Vár-alya condicionali. Item Nicolaus filius Jacobi de Bakonya exhibuit nobis quasdam duas literas patentes Domini Ludovici pridem Regis Hungarie, unam super collacione Terre Bakonya alio nomine Váralya vocate ad tria aratra sufficientis sub ea condicione, ut unus homo panceriatus de predicta terra in quolibet regio Exercitu sub vexillo regio semper servire teneatur, per eundem Dominum Ludovicum Regem Petro filio Johannis, et Nicolao fratri suo, ac aliis eorundem fratribus, et filiis facta sub anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio in vigilia Festi Pentecostes confectam, et aliam in festo undecim millium virginum anno Dni millesimo trecentesimo sexagesimo quarto emanatam, prescriptam priorem Literam confirmantem veras atque justas; asserens: nulla plura se habere.

25 Super terra Libele : Item Johannes filius Nicolai de Kereztur exhibuit nobis quasdam quinque Literas, quatuor videlicet Dni Karuli olim Regis Hungarie, unam privilegialem, et tres patentes, quintam vero Magistri Danch Comitis Zoliensis, et de Komárom similiter privilegialem, quarum una videlicet ipsius Dni Karuli Regis, in se literas Dni Ladisla; Regis, et Conventus de Thuroch super donacione terre duorum aratorum per ipsum Dnum Ladislaum Regem Iposch filio Rachtlon, et Leustachio filio Aladarii facta, ac legitima statucione ejusdem terre emanatas continens et confirmans anno Dni millesimo trecentesimo tricesimo, secundo Idus aprilis, Regni autem sui anno similiter tricesimo; alia autem ejusdem Dni Karuli Regis litera, in octavis Festi omnium sanctorum sub anno Dni millesimo trecentesimo tricesimo secundo patenter exorta, pretactas Literas ejusdem privilegiales confirmabat : Tercia autem earundem videlicet eiusdem Dni Karuli Regis litera patens in Festo beate Lucie virginis et martyris in anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo inter alia explicabat : quod ipse Dnus Karulus Rex privilegium Dni Andree Regis super donacione dicte terre duorum aratorum, quam donacionem idem Dnus Andreas Rex Dnico Rutheno pro suis servitiis ob suspicionem mortis cujusdam serui sui, ut dictum exstitisset, per eosdem Iposch, et Leustachium facte ab eisdem auferendo perpetuo fecisset, ex Racionabilibus Cautelis cassans et revocans, memoratis filiis Leustachii, et Iposch remisisset, et restituisset : quartam autem earundem super statucione ejusdem terre sub anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo patenter emanatam : quintam vero et ultimam dicti magistri Danch Comitis in Visegrad in octavis Festi beati Martini Confessoris sub anno Dni millesimo trecentesimo tricesimo secundo, inter alia : Gregorium et Leustachium filios Leustachii in facto dicte particule terre una cum Lucasio et Paulo Patribus Sauli diucius in lite procedendo, tandem ex racionibus in eisdem conscriptis eandem particulam terre reoptinuisse comperimus manifeste, asserens, nulla plura se habere, preter transcripcionem earundem, que juste et vere esse videbantur.

28

26

Super quadam particula terre condicionali. Item Andreas filius Emerici exhibuit nobis privilegium Dni

Bele Regis super collacione cujusdam particule terre trium aratorum inter Riuulos Chemerna et Libele vocatos adjacentis, per eundem Dnum Belam Regem Sebastiano Dank et Stenk filiis Jobagionum de Lipto ad utendum facta anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, Regni autem sui anno vigesimo septimo confectum; presentavit eciam quasdam literas Conventus de Thuroch clausas, super legitima reambulacione, et metarum ereccione predicte terre trium aratorum, in die Beati Galli confessoris anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo emanatas veras et justas, asserens : nullas plures se habere.

29 27 Super terra Meseháza condicionali. Item Thomas filius Nicolai de Meseháza exhibuit nobis duas literas unam Dni Ladislai Regis super donacione libertatis exercitancium per ipsum Dnum Ladislaum Regem Mese, et filiis suis, Ladislao videlicet, Thome, Petro, et Johanni facta in Dnica Reminiscere anno Dni millesimo ducentesimo octuagesimo octavo patenter emanatam, et aliam Dni Andree Regis in crastino Pasce Dni, in anno ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio confectam, pretactas literas annotati Dni Ladislai Regis confirmantes, et transcribentes que vere et juste exstiterunt, asserens : plures non habere.

30 28 Super Benefalva Condicionali. Item Nicolaus filius Petri de Benefalva exhibuit nobis quasdam duas literas, unam Dni Ladislai Regis privilegiam super donacione libertatis Jobagionum de Lipto per eundem Ladislaum Regem Martino et Bene filio Zenche facta anno Dni millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, decimo Kalendas aprilis regni autem sui anno sexto decimo emanatam, et aliam Dni Karuli Regis in Festo beati Nicolai Confessoris anno gracie millesimo trecentesimo quadragesimo emanatam, pretactas literas Dni Ladislai Regis confirmantem, justas et veras, asserens plures non habere.

31 29 Super Malatyn. Item Gregorius filius Stephani de Malatyn cum fratribus suis exhibuit nobis quasdam duas literas, unam Capituli Ecclesie Strigoniensis super concambio inter Dnum Regem, et Andream filium Andree filii Lukach, filii Ond, ac filios et fratres eorum Literis in eisdem nomi-

natos eo modo : quod idem Dnus Rex possessiones suas Malatyn et alteram Malatyn, alio nomine Mechefelde vocatas, predictis nobilibus, iidem vero nobiles possessionem eorum Belezka vacatam ipsi Dno Regi tradidissent, facto et inito feria secunda proxima ante festum assumptionis virginis gloriose anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo primo, et aliam Dni Ludovici pridem Excellentis Regis Hungarie anno Dni millesimo trecentesimo suptuagesimo octavo, secundo nonas mensis Augusti Regni autem sui anno tricesimo septimo, ambas privilegialiter emanatas, prescriptas literas annotati Capituli Strigoniensis transcribentes et confirmantes justas et veras, asserens plures non habere.

Super Hochfeu Condicionali. Item Laurencius filius Martini dicti Korch exhibuit nobis quoddam privilegium Conventus de Thuroch super donacione cujusdam terre, quondam Dmine Aka in superiori parte ville majoris Bobroch vocate penes fluvium Jaloch existentis, per eandem Dominam Martino filio Paneste, et filiis suis de consensu et voluntate magistri Danch Comitum Zoliensis facta in quindenis festi nativitatis beati Johannis Baptiste anno Dni millesimo trecentesimo decimo septimo exortum verum et justum asserens : nullas plures literas se habere.

Super quinta parte possessionis Roztoka alio nomine Bobroch. Item Johannes filius, Myko et Blasius filius Thome de Roztoka in suis et fratrum eorum personis exhibuerunt nobis quasdam tres literas privilegiales super assignacione seu dacione quinte partis totius possessionis eorum in Districtu Lipto existentis acquisitice per filios Dantitka, Dyonisium Filium Mark, et quosdam alios fratres eorundem Paulo et Myko filiis Aladarii Martino filio Sepere, Stanislao filio Seleu, Paulo filio ejusdem, Gorch, Bethlen, Matheo filiis, Seriphil, Thome, Stephano, Matheo, Mark, et Jan filiis Bend tradita feria tertia proxima post festum nativitatis Dni, anno ejusdem millesimo trecentesimo tricesimo sexto emanatam, et aliam capituli Scepsiensis in crastino festi beati Bartholomei apostoli anno Dni millesimo trecentesimo quadragesimo super arbitrativo Decreto divisionis possessessionis Bobroch in quinque partes inter

Radon et Demetrium ab una, et Aladarium filium Supere, Teodorum, et Stepko parte ab altera fieri debende emanatum. Terciam vero Comitis Jacobi de Scepus, olim similiter judicis Curie regie super adjudicacione pretacte quinte partis dicte possessionis Roztoka, sedecimo die octavarum festi beati Michaelis Archangeli, anno Dni millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, exortam, veras et justas : asserens : plures non habere exceptis tenoribus earundem.

Super possessione Byhorfyaytul. Item Stephanus filius Ivanka, Michael filius Behar, et Johannes dictus Nemes cum fratribus eorum exhibuerunt nobis quasdam quatuor literas, unam Clementis Curialis Comitis de Lipto super dimicacione duelli, et reformatione cujusdam pacis super quadam terra inter villam Bobroch, et villam Tarnoch adjacenti sine anno, secundo die sancti Nicolai Confessoris : Tres vero Dni Ladislai Regis, duas videlicet in anno Dni millesimo ducentesimo octuagesimo tercio, et terciam sine anno, omnes super restitutione particule terre predicte emanatas, veras et justas : asserens nulla plura Instrumenta se habere.

Super possessione Oztoy : Item Nicolaus filius Georgii dicti Kurmus de Oztoy exhibuit nobis quasdam tres literas, unam Capituli Ecclesie Strigoniensis super reambulatione, et metarum ereccione possessionis Oztoy vocate octavo die festi beate Lucie virginis, et Martyris anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo primo; aliam Dni Ludovici pridem incliti Regis Hungarie sub anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, quinto Kalendas aprilis, Regni autem sui anno tredecimo privilegialiter sub duobus sigillis suis pendentibus emanatam, pretactas literas annotati Capituli Strigoniensis confirmantem et transcribentem. Terciam vero ejusdem Dni Ludovici Regis super restitutione dicte possessionis Oztoy vocate per Comitem Liptoviensem prius occupate, Georgio Kurmus dicto et Petro suo fratri patrueli per dictum Dnum Ludovicum Regem facta in anno Dni millesimo trecentesimo septuagesimo secundo patenter emanatam, veras et justas, asserens : plures non habere.

Super possessione Turapataka. Item Stephanus filius Petri, Valentinus filius Thome, et Stephanus filius An-

thony de Turapataka exhibuerunt nobis quasdam duas literas, unam Dni Ladislai olim Regis Hungarie super donacione cuiusdam terre Turapataka vocate, per ipsum Dnum Ladislaum Regem Thome, et Symoni filiis Marcelli, Alberto et Dyonisio filiis Sybor in Concambium terre ipsorum Topla vocate, facta, anno gracie millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, Regni autem sui anno septimo emanatam, et aliam Dni Karuli Regis in Festo beati Nicolai confessoris, anno Dni millesimo trecentesimo quadragésimo confectam, pretactas literas Domini Ladislai Regis transcribentem, et confirman-tem justas et veras, asserentes : plures non habere.

Super possessione Mayocho. Item Nicolaus filius Mese in sua Martini et Laurencii fratrum suorum, et aliorum in personis, nec non Ladislaus filius Michaelis, Stephanus filius Jacobi et Martinus filius Michaelis de Mayocho exhibuerunt nobis quasdam duas literas, unam Conuentus de Turoch Dno Karulo Regi rescriptionalem super reambulacione, et metatarum ereccione cuiusdam sylve, seu terre inter Castra Liptóvár et Arva existentis in octavis Epiphaniarum Dni anno ejusdem millesimo trecentesimo decimo nono, et aliam Dni Ludovici pridem Regis Hungarie duobus sigillis suis pendentibus super collacione cuiusdam terre, seu possessionis Mayocho vocate octo aratorum per ipsum Dnum Ludovicum Regem Michaeli et Mese filiis Ladislai, ac Philippo filio Leustachii filii ejusdem Ladislai, ac fratribus et heredibus eorundem facta sub anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, tercio Kalendas mensis augusti. Regni autem sui anno quarto decimo emanatas.

Super terra trium aratorum condicionali. Item iidem exhibuerunt quoddam privilegium dicti Dni Ludovici Regis super donacione terre trium aratorum sub ea libertate: ut de ipsa terra duo homines armati tempore Guerre, et ardue expeditionis ipsius Castri Liptó fidelia servicia exhibere tenerentur, per ipsum Dnum Ludovicum Regem Michaeli et Mese filiis Ladislai, ac Philippo filio Leustachii filii ejusdem Ladislai facta anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, tercio Kalendas augusti Regni autem sui anno quartodecimo sub duobus sigillis suis duplicibus pendentibus ema-

natum, efficax et verum. Cum predictis, asserentes : plures non habere exceptis casualibus.

Super quadam particula terre trium aratorum Brezna vocata. Item nobiles Dne Anna, Margaretha, et Dorothea vocate filie Mayus de Brezina exhibuerunt nobis quasdam quatuor literas, duas conventus de Thuroch, unam super donacione cujusdam terre inter Verbeche et Akalichna existentes per Paulum filium Myke, de Akalichna Myke genero suo et Dne Cathe sorori sue in perpetuum facta sub anno Dni millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, et aliam anno Dni millesimo trecentesimo tricesimo, pretactas priores literas privilegiales transcribentem : Terciam quoque Comitum Nicolai Druget olim judicis Curie Regie super nova donacione, et ratificacione predictae collacionis pretactae particulae terre trium aratorum, per Marcum et Serephil filios Petri de Akalichna facta in Dnica invocavit sub anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto; quartam autem comitis Nicolai de Zeech pridem judicis Curie Regie privilegiam super adjudicatione dicte particulae terre, seu porcionis possessionarie vigesimo sexto die octavarum Festi beati Michaelis Archangeli anno Dni millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo emanatas, justas, et veras, asserentes : nullas plures se habere.

Super Gergerfalva Sculteciali. Item Michael filius Johannis exhibuit nobis quasdam duas Literas, unam Dni Georgii Bubek Magistri Tauarnicorum Reginalium Comitum Liptoviensis super collacione scultecie ville Gergerfalva vocate sub condicionibus Literis in eisdem specificatis per eundem Dnum Georgium Johanni filio Nicolai facta Sabbato proximo ante festum Sancte Trinitatis anno Dni millesimo trecentesimo octuagesimo; et aliam Dni Ludovici Regis in Festo beati Egedii abbatis in anno Dni millesimo trecentesimo octuagesimo primo confectas, pretactas literas dicti Dni Georgii confirmantem legitime et juste emanatas; asserens : plures non habere.

Item Ladislaus filius Georgii, et Petrus ac Blasius filii Johannis, dum super possessione eorum Kisolazy vocata condicionali Instrumenta exhibere debuissent, allegarunt : quod ipsi super ipsa possessione

eorum efficacia haberent Instrumenta, sed quidam frater eorum Nicolaus filius Johannis novissime in presentem regium exercitum profectus eadem Instrumenta secum detulisset, ut ibi in ipso regio exercitu per sua servitia a Regia majestate libertatem nobilitatis posset ipsis invenire, et ideo eadem ad presens non valerent exhibere.

Super Vezuerys. Item magister Andreas filius Bogo in sua et fratrum, ac filiorum suorum personis exhibuit nobis duas literas; unam Dni Ladislai olim Regis Hungarie super resignatione possessionum Nádasd Vezuerys, et Magyerfalu vocatarum, quarto die post festum nativitatis beate virginis sub anno Dni millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, et aliam Dni Andree Regis sub anno Dni millesimo ducentesimo nonagesimo tercio emanatas, transcribentem, et confirmantem in se continentem tenorem quarundam literarum privilegialium olim Dni Bele Regis super collacione cujusdam planicie Terre Vezuerys appellate continentis in se de terra arabili circa aratrum per ipsum Dnum Belam Regem Comiti Bagamerio facta, anno Dnice Incarnacionis millesimo ducentesimo sexagesimo tercio Regni autem sui anno vigesimo octavo confectarum efficaces et veras.

Super terra seu possessione Magyerfalu. Item idem exhibuit nobis quoddam privilegium Dni Ladislai Regis super collacione possessionis Magyerfalu vocate per Dnum Andream Regem, cujus litere patentis tenor in eisdem literis verbaliter conscriptus habebatur Beucha videlicet et Hauk Palko facta anno Dni millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, Regni autem sui anno undecimo emanatum, efficax et verum.

Super Nádasd. Item idem exhibuit nobis quasdam tres literas unam Dni Bele super Concambiali donacione terre, seu ville Nádosd vocate, per eundem Dnum Belam Regem Bagamerio filio Lautyni pro terris ejusdem Palouha, et Sagra vocatis facta in Crastino sancti Dominici Confessoris sine anno emanatum; et aliam Domini Stephani Regis privilegiam anno Dni millesimo Ducentesimo septuagesimo, Regni autem sui anno primo: Terciam vero Dni Andree Regis anno Dnice incarnacionis millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, ambas tenorem quarundam literarum privilegialium dicti Dni

Bele Regis, super premissa concambiali donacione dicte terre Nádasd vocate anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo nono, Regni autem sui anno tricesimo quarto emanatarum, veras et justas.

